Cum fuerint quotlibet quantitates quarum numeratio sit par et augmentum aliarum super alias fuerit aequale et fuerint continuae et prima earum fuerit maior eis, compositio summae earum erit aequalis ei quod erit ex multiplicatione comparium earum in medietatem summae numerationis earum, scilicet ex duabus comparibus earum extremis, postea ex illis duabus quae sequuntur duas extremas in utramque duarum partium, demum ex illis duabus quae sequuntur illas donec perveniatur ad duas medias. Cuius exemplum est ut ponam quotlibet quantitates quae sunt ab bg gd de ez zh et sit augmentum aliarum super alias aequale, et sit earum numeratio par et ipsae sint continuae et prima earum sit maior eis quae est ab. Dico igitur quod compositio summae earum quod est ab est aequalis ei quod est ex multiplicatione duarum comparium earum in medietatem numerationis summae earum. Quod sic probatur. Quoniam augmentum ab super bg est aequale augmento ez super zh, ergo tota ab zh est aequalis toti bg ez. Et propter hoc etiam erit tota bg ez aequalis toti gd de. In tota igitur ah ex multiplicibus ab zh et bg ez et gd de existit aequale numerationi ab bg gd scilicet aequale numerationi medietatis quantitatum. Jam igitur o[c. 22 *v.*, c. 1ª]stensum est quod compositio ah ex omnibus quantitatibus est aequalis ei quod est ex multiplicatione omnium duarum comparium earum in medietatem numerationis earum. Et illud est quod demonstrare voluimus.

Cum circulus signorum in trecentos et sexaginta aequales arcus divisus

Digitized by Google

fuerit tunc unusquisque horum arcuum nominabitur pars localis. Et etiam cum circulus signorum ascenderit totus scilicet ab aliquo puncto super ipsum posito donec illud punctum redeat ad ascensionem suam in trecentis et sexaginta temporibus aequalibus, tunc nominabimus unumquodque illorum temporum partem temporalem. Postquam autem hoc ita diximus, ergo ostendam quod cum fecerimus tres figuras quae praecesserunt et noverimus proporcionem longioris diei ad breviorem in terra nota, possibile nobis erit scire in quot partibus temporalibus ascendat unumquodque duodecim signorum in terra illa nota. Sit igitur terra nobis nota Alexandria Aegypti, cuius maioris diei proportio in ea ad minorem ipsius est sicut proportio septem ad quinque, quemadmodum hoc iam est ostensum in umbra meridiei cum sol fuerit in duabus partibus duorum solstitialium. Ponam autem circulum signorum in quo producam diametrum aequinoctii diei quae sit ah et dividam circulum in duodecim partes aequales quae sunt signa duodecim super puncta a b g d e z h t k l m n. Sitque punctum a principium arietis et punctum b principium tauri et punctum g principium geminorum et reliqua puncta sint super reliqua principia signorum. Et quia proportio diei maioris ad diem minorem est aequalis proportioni septem ad quinque et tempus longioris diei est tempus in quo ascendit medietas circuli signorum quae sequitur principium cancri et ipsa est arcus dhl, et tempus brevioris diei est tempus in quo ascendit medietas circuli signorum quae sequitur principium capricorni quae est arcus lad, et quia proportio temporis ascensionum medietatis zodiaci dhl ad tempus ascensionum medietatis zodiaci lad est aequalis proportioni septem ad quinque et totus circulus signorum elevatur secundum partes temporales in trecentis sexaginta partibus; ergo manifestum est quod medietas zodiaci dhl ascendit in ducentis et decem partibus temporalibus et medietas zodiaci dal ascendit in centum et quinquaginta partibus temporalibus. Et quarta circuli quae est dh ascendit in temporibus aequalibus temporibus in quibus quarta circuli ascendit quae est hl. Et quarta circuli quae est la ascendit in temporibus quae sunt aequalia temporibus in quibus quarta quae est ad ascendit, quoniam earum elongatio a linea aequinoctii diei est aequalis. Manifestum est itaque quod quarta circuli signorum quae est dh ascendit in centum et quinque partibus temporalibus et quarta circuli signorum quae est ad ascendit in septuagintaquinque partibus temporalibus. Est ergo augmentum temporum ascensionum quartae zodiaci quae est [col. 2ª] hd super tempora ascensionum quartae zodiaci quae est ad triginta partes temporales. Et quia arcus hz ze ed dg gb ba sunt sex continui et eorum numeratio est par et eorum inceptio fit a maiori eorum in ascensionibus qui est hz et augmentum aliorum super alios est aequale, et hoc secundum quod

Digitized by Google

posuerunt operantes per doctrinas ascensionum, ergo augmentum ascensionum arcus compositi ex prima medietate horum arcuum super ascensiones arcus compositi ex secunda eorum medietate, est aequale multiplicationi medietatis numerationis in se et postea in unam additionum. Augmentum vero ascensionum medietatis primae horum arcuum super secundam eorum medietatem, est triginta et multiplicatio medietatis numerationis eorum in se est novem. Cum ergo diviserimus triginta partes per novem provenient ex divisione tres partes et viginti minuta quae sunt partes temporales. Erit ergo superfluum ascensionum signorum hz ze ed dg gb ba tres partes et viginti minuta. Et etiam quia arcus hz ze ed sunt continui et augmentum ascensionum aliorum super alios secundum ascensiones est aequale et inceptio eorum est a maiori eorum et eorum numeratio est impar, ergo summa ascensionum eorum est aequalis multiplicationi ascensionum medii eorum in numerationem eorum. Sed compositio summae eorum est centum et quinque et numeratio eorum est tres. Cum ergo diviserimus centum et quinque per tres erit quod proveniet ex divisione medium. Cum autem diviserimus centum et quinque per tres provenient ex divisione trigintaquinque. Apparet itaque quod ascensiones arcus medii qui est signi leonis et arcus ez sunt in trigintaquinque partibus temporalibus. Et propter hoc erunt ascensiones arcus bg qui est signi tauri in vigintiquinque partibus temporalibus. Et erit superfluum signorum quae sequuntur haec duo signa tres partes et viginti minuta. Ascensiones ergo arietis sunt in partes viginti et una et quadraginta minutis; et tauri in vigintiquinque partibus; et geminorum in vigintiocto partibus et viginti minutis: et cancri in partibus triginta et una et quadraginta minutis; et leonis in trigintaquinque partibus; et virginis in trigintaocto partibus et viginti minutis. Sunt autem ascensiones arcus hz aequales ascensionibus arcus ht : et ascensiones arcus ze sunt aequales ascensionibus arcus tk, quoniam arcus quorum elongationes ab aequinoctio diei sunt aequales ascendunt in temporibus aequalibus. Ascensiones igitur librae sunt in triginta octo partibus et viginti minutis. et scorpionis in trigintaquinque partibus, et sagittarii in partibus triginta una et quadraginta minutis, e capricorni in viginti octo partibus et viginti minutis, et aquarii in vigintit quinque partibus, et piscium in partibus viginti una et quadraginta minutis. Manifestum vero quod postquam sciuntur tempora ascensionum signorum, noscuntur etiam tempora descensionum signorum. Tempora namque ascensionum cuiusque signorum sunt aequalia temporibus descensionis sui oppositi. Nunc [c. 23 *r.*, col. 1ª] vero demonstrabo quod postquam augmentum ascensionum signorum continuorum super se ad invicem notum fuerit, tunc etiam augmentum triginta partium quae sunt cuiusque eorum super se ad

Digitized by Google

invicem notum erit. Ponam itaque duo ex signis signiferi continua quae sint ab bg; sitque principium ascensionum punctum a. Est ergo augmentum ascensionum signi ab super signum bg tres partes et viginti minuta. Dico igitur quod superfluum ascensionum partium duorum signorum ab bg continuorum quorum principium est maior earum quae est illa quae est ab a est notum. Quod sic probatur. Quia enim ascensionum partium duorum signorum ab bg augmentum super se ad invicem est aequale et earum inceptio est a maiori earum quae est ea quae sequitur a, ergo augmentum primae medietatis earum super medietatem earum secundam est aequale multiplicationi medietatis numerationis earum in se prius et postea in unam additionum. Augmentum vero medietatis earum primae super secundam earum medietatem est tres partes et viginti minuta, et multiplicatio numerationis medietatis earum in se est nongenta. Cum ergo diviserimus tres partes et viginti minuta per nongenta, provenient ex divisione tredecim secunda et viginti tertia. Erit ergo superfluum ascensionum partium duodecim signorum tredecim secunda et viginti tercia. Jam igitur scimus augmentum ascensionum partium secundarum super se ad invicem quae sunt uniuscuiusque duodecim signorum. Et illud est quod demonstrare voluimus.

Ostendam autem quod postquam notae fuerint ascensiones alicuius duodecim signorum, qualecumque fuerit signum, scilicet in quot partibus temporalibus ascendat, et notae fuerint additiones triginta partium super se ad invicem quae sunt cuiusque duodecim signorum, tunc iam notum erit in quot partibus temporalibus quaeque triginta partium quae sunt cuiusque duodecim signorum, ascendat. Ponam igitur signum arietis arcum ab. Non enim differt utrum ponamus signum arietis an aliud praeter ipsum ex signis. Manifestum est igitur quod arcus ab ascendit in partibus viginti una et quadraginta minutis. Volo autem scire in quot partibus a[col. 2ª]scendat unaquaeque triginta partium. Ponam ergo arcum ag et sit principium partium triginta ab; et arcus db sit postrema earum. Et quia in arcu ab sunt quantitates aequales et earum numeratio est par et earum inceptio est a maiori earum et earum ascensiones sunt continuae, et ascensionum augmenta super se ad invicem sunt aequalia et principium earum est maior earum, scilicet ascensionum quae sunt ab; ergo compositio summae earum est aequalis multiplicationi duarum conparium earum in medietatem numerationis earum. Compositio vero summae earum est partes viginti una et quadraginta minuta, et medietas numerationis earum est quindecim. Cum ergo diviserimus partes viginti unam et quadraginta minuta per quindecim provenient ex divisione pars una et viginti sex minuta et quadraginta secunda. Erunt ergo ascensiones duorum arcuum ag bd secundum partes temporales

Digitized by Google

in partem unam et viginti sex minutis et quadraginta secundis. Et etiam quia triginta partium quae sunt in signo ab ascensionum superflua sunt aequalia, quarum principium est maior earum quae est arcus ag et postrema earum est minor earum quae est arcus bd et superfluum est tredecim secunda et viginti tercia; ergo augmentum ascensionum arcus ag super ascensiones arcus db est aequale viginti novem additionum ascensionum partium. Augmentum vero ascensionum partium, sicut ostensum est, est tredecim secunda et viginti tertia. Ex horum igitur multiplicatione in vigintinovem proveniunt sex minuta et vigintisex secunda et quadraginta tercia. Est ergo augmentum ascensionum arcus db sex minuta et viginti sex secunda et quadraginta tercia. Jam autem ostensum fuit quod duo arcus ag db ascendunt in parte una et vigintisex minutis et quadraginta secundis. Manifestum est igitur quod arcus ag ascendit in quadragintasex minutis et trigintatribus secundis et viginti terciis; et arcus db ascendit in quadraginta minutis et sex secundis et quadraginta terciis. Postquam autem hoc iam manifestum est et scitur quod superfluum ascensionum partium triginta quae sunt uniuscuiusque signorum super se ad invicem est tredecim secunda et viginti tercia; ergo patens est quod ascensiones cuiusque signorum sunt notae secundum modum quo operati sumus. *Expletus est liber esculei de ascensionibus.*

APPENDICE II

(Bibl. Laurenziana, pl. 40, cod. 52, c. 78 *r*. — 82 *v*.).

De quodam modo physonomiae.

Quatuor genera veteres instituerunt quibus hanc exercuerunt physonomiae scientiam, primum refertur ad homines climatum diversorum. Nam, ut ait philosophus, apud habitantes extrema habitationum, sicut apud illos qui primum et septimum inhabitant clima, inventi sunt mores ferales, sed, ut ait Avicenna, apud habitantes quartum clima propter eius temperiem sunt mores nobiles, et qui ad illud quartum clima et ad temperiem magis approximant magis similantur illis, consequenter sunt ad mores nobiles aptiores. Cognoscentes igitur quales dispositiones corporales et quales mores sunt apud Aegyptios et quales dispositiones qualesque mores sunt apud Celtas et Germanos et quales sunt apud Medicos, dicebat: hic est Aegyptio similis, hic vero Celtae vel Germano. Aegyptii sunt calidi, dociles, leves, temerarii, in

Digitized by Google

venerem proni; Celtae vero sunt indociles, fortes, feri, bellicosi. Ergo de illo qui similatur illi id idem iudicabat. Processu autem temporis et hoc genere physonomiam assecuti sunt homines, quo quidem quo quis esset cultu vel in quo corporis statu per singulos animi sui motus, idest quis esset vultus irati, quis cogitantis, quis timentis, quis libidinosi, quis furiosi. Quum igitur prospexisset physonomus, nulla existente furoris causa, furenti habere proximum vultum nec existente ira, irascenti similem nec proposita cogitatione cogitanti similem, tunc furiosum et iracondum vel cogitatorem pronuntiabat et sic de aliis dispositionibus iudicabat. Tercium genus accessit: ad similitudinem animalium de animis hominum pronunciaretur iudicium: et haec est certior ac facilior, quam priores antiqui plurimum observabant. Verbigratia si quis habet aspectum caprinum stolidus iudicatur, quia capra est stolidius animal ut dicit philosophus. Habet autem quis caprinum aspectum, si oculos prominentes immobiles habeat, idest distantes quemadmodum capra [c. 78 *v.*] videtur habere. Qui vero habet aspectum porcinum, indocilis est et immundus ut porcus. Habet autem quis porcinum aspectum si frontem habet angustam et supercilia coniuncta ut porcus et cum os nimis amplum habuerit magis vorax immundus et loquax iudicabitur. Qui autem asininum aspectum, iners est, tumidus et stultus sicut et asinus, et propter hoc magnitudo aurium dementiam attestatur. Et qui habent frontem caninam idest decenter spatiosam, ut quidam canes habere videntur spaciosam, docilis iudicatur, ut canis, qui inter cetera bruta animalia videtur esse docilior. Et qui habet faciem nimis longam cum oculis magnis prominentibus et labiis tumentibus sine dubio refertur ad bovem, quare bovinos mores habere iudicabitur, ut pigriciam inertiam timiditatem et amentiam. Et qui habet nasum aquilinum, rapax iudicabitur quia refertur ad aves de rapina viventes. Nasus vero recurvus refertur ad porcum, magis autem si os, puta dentes et labia, longe promineant. Et qui habet serpentinum aspectum dolosus et veneno maliciae plenus, ut qui habet caput valide parvum frontem angustam rotundam oculos orribiles et faciem curtam rotundam, quemadmodum serpèns videtur habere. Et qui est multum pilosus circa in umbilicum femur et coxas, luxuriosus est, quemadmodum aves multas pennas habentes luxuriosae sunt, ut ait philosophus. Dixit quidam physonomus: non est dubium pronunciare de eo qui urso est similis quod violentus est et fortis et simplicior. Qui vero leopardo est similis est insidiosus. Omnes enim animalium species, suas habent proprietates ad quas similitudo singulorum hominum referenda est. Et est quartum genus physonomiam exercendi per relationem ad sexum, ut puta si in viro perspexeris dispositionem femineam videlicet membra ab umbilico inferius, spissiora et parum pilosa, superiora vero membra gracilia videris

Digitized by Google

et labia tenuia, os parvum, vocem tenuem et levem et auribus acceptabilem, virum iudicabis habere mores femineos. Si in femina videris dispositionem masculinam, ut puta membra ab umbilico superius lata, ab umbilico inferius gracilia, pectus eminens, robustum corpus, vocem magnam et solidam interdum gravem, ex longis passibus formatum incessum, tunc talem feminam iudicabis ani[c. 79 *r*.]mum habere virilem. Et si aliqua pars dextra maior fuerit ut oculus manus pes vel vertex capitis ad dextram se magis conferant, assignatur generi masculino, et si aliqua ex sinistris maior inventa fuerit, assignatur generis feminini indiciis. Et si in femina dextras partes, in masculo sinistras maiores prospexeris, scias iactantem ac mendacem esse huiusmodi personam. Et si nasus vel labia ad dextram magis conversa fuerint profitentur masculinum animum, si ad sinistram femineum. Est autem virilis sive masculinus animus vehemens ad repellendum iniurias, ad impetum facilis, immemor odii, liberalis, apertus, studiosus et magnanimus: femininus vero animus est solers, misericors, timidus, avarus, laboris impaciens, docilis, subdolus, ut quidam dicunt, iracondus et ulcisci volens omnem offensam. Summatim autem manifestum est quod sexus masculinus est animosus et prudens, femineus vero timidus et imprudens.

De modo iudicandi. — Advertendum est tamen ne ex unico signo aut ex quibuscunque duobus praeceps iudicium proferatur, sed ubi multa conpugnantia signa convenerint, pronunciandum est secundum ea quae vel plura vel clariora vel pociora videntur, nam multa paucis clara obscuris pociora minoribus sunt praeponenda et pro modo repugnantium signorum quae obtinebunt mitigabuntur, potissima vero iudicabuntur oculorum signa. Hos autem tamquam animae fores sive portas esse dixerunt, nam et animam dixerunt per oculos emicare et solum hunc esse aditum per quem animus introspici possit. Postea signo oculorum debet iudicia subsequi eorum quae sunt in vultu et capite constituta et prout dignitas singularium partium fuerit ita et signorum singularium uis habetur. Debet igitur physonomus primo significationes signorum memoriae commendare; secundo eorum dignitates cognitas habere; tercio quaecunque signa reperit conferre et ea intra se contemplare et tunc secundum digniora et praevalentia iudicare. Exempligratia, aurium et oris et plantarum pedum magnitudo et amplitudo stoliditatis pigritiae ac imprudentiae praebeat iudicium, tamen non secundum eorum aliquod singulariter sumptum, iudicium proferendum, sed si omnia praedicta convenerint, certius erit iudicium et si cum illis reperiatur oculorum obliquitas aut eorum praeeminentia cum fronte angusta tunc certissimum erit stolidita[c. 79 *v*.]tis iudicium. Est autem deplex oculorum obliquitas, una secundum quam oculorum intuitus et pupilla reflectit versus

Digitized by Google

tempora et illa facit strabonea, reliqua vero obliquitas est secundum quam oculorum intuitus et pupilla versus nasum pocius inflectitur secundum quam dicimus hominem esse luscum. Prima obliquitas signum est maioris maliciae quam secunda. Sunt et multae aliae oculorum malae dispositiones quae in hoc capitulo non tanguntur.

De modo iudicandi per colores. — Dixit Palemon: Color albus et rubens, idest rubro permixtus, fortes et animosos significat. Color niger multum refertur ad meridionales, qui timidum et versutum significat. Color vehementer albus virtuti existit contrarius, qui refertur ad sexum femineum. Color qui pallore deformatur imbecillem timidum et tergiversatorem significat. Aegritudo non fit causa palloris cum color rubicundus est evidenter in toto corpore. Ut puta qui lenticulosus est et multum rubens dolosum declarat. Color ignitus qui est velut flamma ignis, instabilitatem et insaniam indicat. Cum autem in facie vel oculis venae apparent sanguineae significant vinolentum ac luxuriosum.

De modo iudicandi per carnes. — Carnes multae et durae grossum declarant sensum et intellectum, carnes vero leves bonam naturam significant et intelligentiam. Simile dixit Philosophus in libro de anima: Mollis carnis viros aptos mente dicimus, durae vero carnis ineptos mente. Corporis subtilitas multam significat astuciam, multa carnositas circa ventrem luxuriosum significat et rudem ingenio. Unde bene ait quidam sapiens: Venter pinguis non gignit tenuem sensum.

De modo iudicandi per risum. — Qui multum ridens est, benignus est et omnibus est conveniens neque pro rebus aliquibus sollicitus; qui vero parum ridet huic est contrarius, displicent ei omnia hominum facta. Qui autem semper in cachinno os effundit, stolidus est. Unde Salomon: Risus abundat in ore stultorum. Qui alta voce ridet inverecundus est. Qui autem cum ridet tussit aut respirandi difficultatem patitur inverecundus est et tyramnus [c. 80 *r*.].

De modo iudicandi per passus. — Motus tardus significat ebetudinem, motus festinus significat levitatem et sollicitudinem. Cuius passus ampli sunt et tardi spatiosus est et magnanimus. Cuius passus veloces sunt et breves festinus est et pro rebus quibuslibet sollicitus quas tamen disponere ignorat. Dixit Palemon: Qui angustis passibus ambulat obscurae ac pravae mentis et dolosae. Si autem quis celeriter moveatur verum submittit oculos et secum premit vultumque deducit atque totum corpus implicet ac colligat, animum timidum, versutum, pravum et illiberalem indicat. Cum autem celerati motus accidit perturbatio oculorum, capitis inconstantia, anelitus spissus haec omnia inditia hominem magnarum cladum amatorem et nimiae

Digitized by Google

audaciae declarant. Si autem procurata sit tarditas ut interdum resistat et circumspiciat et cervicem erigat superbiae signum est. Multae sunt species motus affectati secundum diversas hominum affectiones secundum quas quidam sunt religiosi devoti quidam insidiatores quidam luxuriosi corpus ornantes et sic de aliis, de quibus non oportet hic scribere. Qui autem erigit collum atque tendit superbus est. Qui autem omni tempore permovetur instabilem mentem et stultam significat. Cum autem pedum et manuum motus totius corporis consentiunt et cum bene moderate ac tranquille inferuntur cum levi inclinatione capitis et cervicis magnanimum et fortem dicunt hominem.

De modo iudicandi per spiritum et vocem. — Spiritus cum mugit et graviter concipitur atque editur feritatem violentiam indicat hoc. Anelitus spissus hominem magnarum cladum et inanis audaciae declarat et praecipue cum aliis signis. Quorum anelitus perturbatus est et spissus sicut propter cursum hominis, inconsulti et iracundi esse solent. Cuius vox est valde grossa et alta audax est. Qui vocem habet gravem et crassam tamquam ex quassato vasculo promit, stultus est et sui ventris servus, et quorum sonus sive vox ingratus est sicut bovum aut ovis voci proximus est stulti sunt. Cuius loquela velox festinus est et parvi intellectus. Si vero cum quadam festinatione sit praeceps festinus est et irascibilis et malorum morum. Qui vocem habet asperam invidus est et malum in corde occultum tenet: qui acutam vocem cum siccitate depromunt sunt versipelles ac subdoli [c. 80 *v.*]; qui acutam vocem et mollem habent sunt effeminati. Referenda est vox ad similitudinem animalium sicut de aliis diximus.

De modo iudicandi per capillos et pilos. — Dixit Rasis: Capilli lenes timoris sunt significativi, crispi autem audaciam significant. Si tempora sint pilosa luxuriam indicant; in ventre pilorum multitudo reperta luxuriosum demonstrant; in ventre quoque et pectore pilorum multitudo sapientiae innuit paucitatem sed et audaciam significat. Si super spatulas et collum fuerit multitudo pilorum dementia et obstinatio significabuntur. Cum pili reperiuntur ubi esse non debent significant hominem valde diversum ab aliis. Pili et capilli reperti velut stantes erecti timorem significant. Et quia colores variantur secundum aetates et regiones ideo a colore capillorum non sumpsit iudicium rerum, tamen manifestum est quod nigri pili timorem significant, rufi vero audaciam, flavi vero et tenues bonos mores, ut dixit Palemon.

De modo iudicandi per frontem. — Frons angusta significat indocilem inquinatum et voracem quae refertur ad porcum. Et dixit Rasis: Qui frontem parvam habet, stolidus est, qui vero magnam habet frontem piger est, prae-

Digitized by Google

cipue si sit nimium spatiosa. Dixit autem Palemon: Qui frontem habent oblongam sensibus praevalent et sunt dociles ut canes. Curva frons et alta stoliditatis indicium est. Quadrata frons moderatae magnitudinis congruens corpori et vultui, magnae virtutis et sapientiae ac magnanimitatis indicium est. Cuius frons est rugosa ad medium sui declinans irascibilis est. Si autem rugae sursum ducantur cogitatorem et superbum indicant, qui frontem habet asperam cavam tamquam in medio defossam versutus est insanus et stultus. Frons lassa profusa sine rugis tamquam aridens blandum significat non tamen innoxium et refertur ad speciem canum blandientium.

De modo iudicandi per supercilia. — Supercilia cum sunt directa respondent sexui ferino. Cuius vero supercilia inferius descendunt a parte nasi et a parte temporis superius elevantur inverecundus est et ebes et stultus. Supercilia cum coeunt timidum et stolidum significant. Qui in superciliis pilorum habet multitudinem [c. 21 *r.*] multarum est cogitationum et multae tristiciae. Dimissa supercilia versus oculos incurvata invidiae est attestatus. Cum vero supercilia sunt in modum arcus vel semicirculi disposita et minime coeuncia significant animum liberalem et nobilem.

De modo iudicandi per oculos. — Nunc de oculis est latius disserendum. Nam si aliarum partium signa oculi approbaverint tunc rata et cetera magis sunt. Unde ex oculorum signis physonomi suas maxime sententias affirmant. Dixit Rasis: Cuius oculi sunt magni quasi bovis piger est; cuius vero oculi in profundum sunt positi calidus est et deceptor, praecipue si sunt sicci. Cuius oculi foris prominent inverecundus est et loquax et stolidus. Cuius pupillae multam participant nigredinem, timidus est. Oculi in colore similes oculis caprarum stoliditatem significant. Cuius oculi cito permobiles sunt et acute intuentes, deceptor est callidus et latro. Cuius oculi adeo sunt immobiles ut quasi lapides fixi sint callidus est, veruntamen timidus ut lepus. Cuius oculi magni sunt et tremuli piger est et mulierum amator. Cuius oculi parvi sunt et tremuli ac varii valde est inverecundus et mulierum amator. Cuius oculi in rubore carboni ignito assimilantur homo pessimus et obstinatus. Oculi varii suo colori citrinitatem habentes admixtam qui croco tincti esse videntur et non est propter aegritudinem pessimos mores significant. Maculae multae circa pupillam in oculo apparentes malum significant hominem. Oculi si parvi fuerint et foras prominentes ut oculi cancri stulticiam significant et suas sequentem cupiditates. Cuius oculi fuerint parvi et multum mobiles palpebrae quoque frequenter palpitantes, hominem significant pessimum. Cum pupilla nigra existens talem habet citrinitatem ex qua quasi deaurata apparet, oculi sursum tendentes, dementiae ac vanagloriae attestantur; et si cum hoc rubei videntur et maximi hominem pes-

Digitized by Google

simum stolidum et ebriosum significant. Oculi varii citrinitate radiantes aut si forent virides ut color lapidis viridis hominem significant malum. Homines habentes in oculis maculas rubeas ut sanguis aut albas omnibus hominibus sunt deteriores [c. 81 *v.*] et deceptores magni. Qui autem pupillam foris prominentem habent cum tocius oculi latitudine est amens. Cum oculi magna palpitant frequentia hominem timorosum et maniacum declarant. Cum autem quis, ac si puer esset, intuetur atque tota eius facies et oculi quasi ridere videntur, laetus est et diuturna pocietur vita. Oculi autem meliores esse dicuntur qui inter nigrum et varium medii sunt si cum hoc nec multum sint radiosi nec rubido vel citrinitas apparet; oculi enim isti bonam demonstrant naturam.

Alius modus per oculos. — Oculi qui tanquam guttulae liquoris nitidi relucent mores suavissimos et gratissimos indicant. Cum oculi fuerint humidi tranquilli magni non nimis et perlucidi ingenium significant animosum. Oculi late patentes micantes qui leviter intendunt ad suavitatem et gratiam congruunt. Verum oculi qui vere et mere sunt nigri imbecillem ac sine virtute animum et lucri avidum indicant. Siccitas in oculis feros mores facit. Si autem sicciores et patuli fuerint imprudentiae ac iniquitatis sunt signa; et si trementes fuerint sunt peiores. Nota quod quamvis oculi et cavi sint mali, tamen si maiores sunt et humidi non mali sed boni. Oculi parvi cavi subdoli sunt et invidi, et si accedat siccitas infideles facit et proditores. Et si trementes sint sunt peiores; et si graviter intendunt, saevos et invidos et ex occulto nocentes et mala omnia perpetrantes significant, eo magis quo palpebras erigunt et supercilia exasperant et frontem obducunt. Oculi prominentes et sanguinolenti ebriosum et stolidum asseverant. Si vero oculi glauci cilijs superioribus onerentur ac praegraventur, iniustum et stolidum indicant. Una tamen species bona est prominencium oculorum ut si magni sunt, nitentes, perlucidi, humidi, iustum docilem providentem admonitorem indicant. Tales dicuntur fuisse oculi Socratis. Oculi nimium prominentes, rubicundi, parvi, incompotem mentis hominem et linguae effrenatae significant atque instabilem. Trementes oculi micantes et salientes et si parvi sunt dolos et versucias dicunt, si magni sunt stulticiae ac furiis attinent. At ut moderatae magnitudinis huiusmodi sunt et perlucidi hominem magnificum magnarum rerum cogitatorem atque perfectorem indicant, veruntamen et iracundum et vino deditum et iactantem sui et [c. 82 *r.*] cupidum gratiae ultra conditionem humanam ostendunt. Tales oculos aestimatur habuisse magnus Alexander. Oculi obclausi et coniungentes palpebras, si quidem frequenter concluduntur et reserantur, malignos mores insidiosos et nocentes significant. Oculi ad superiorem partem conversi, insaniam declarant. Oculi

Digitized by Google

qui raptim et velociter moventur hominem perturbati animi indicant et veri suspicatorem et in periculis audacem. Pupillae porrectae vanitatem indicant, breves malignitatem detegunt. Serpentes autem vulpes et simiae pupillas habent pravas. Cum autem altera pupilla maior altera minor fuerit inquietatem significat. Quorum pupillae in girum aguntur tanquam rota, observandum est utrum uniformiter aguntur an varie: si uniformiter, scito eum esse hominem sceleribus et homicidiis inquinatum et pollutum; cum autem modo involvuntur, modo curvantur, modo interquiescunt oculi, his nondum perpetrata sunt huiusmodi facinora, verum in animo et eius cogitatione versantur. Et si ad huiusmodi pupillarum turbinem etiam obscuritas quaedam, tanquam nubecula, supercilia versetur atque oculis immineat, hi gravi facto urgentur et praesagunt in rebus suis domesticis iram aliquam divinitus imminentem. Qui cum stabilitate oculorum et pallore supercilia erigunt et spiritum difficulter concipiunt, inconsulti sunt et maledici et iracundi. Cum autem oculi molliter subrident cum tocius vultus apta laetitia, remissis palpebris, fronte molli, ciliis aliquanto laxioribus, in hoc oculorum statu ingenium magnificum, iustum, mansuetum, religiosum, prudens, docile indicatur.

De modo iudicandi per omnia membra. — In capitulis prioribus huius tractatus phisonomiae multa signa posuimus gratia exemplorum quae non oportet repetere. Et quia regulas generales docuimus quas facile quidem est ad particularia trahere, non oportet cuiuslibet particulares partes signa describere sed evidentiora et digniora sufficit docuisse. Dicemus tamen quaedam aliarum partium signa in hoc capitulo aggregata. Dicamus autem cilium scilicet quod eminet et quod subiacet oculo, inflatum, aut aegritudinem aut somniculositatem aut violentiam indicat. Genae crassae pendentes stolidum loquacem et gulosum significant. Nasus in extremitate laxus scil. latus et crossus paucam sapientiam innuit. Cum narium foramina valde sunt aperta, irascibilis est. Reliqua vero signa nasi in exemplis posita fuerunt. Qui magnum habet os gulosus est, audax et loquax. Cuius magna sunt labia stultus intelligitur et hebes. Cuius labia non sunt bene tincta aegrotans est. Cuius dentes debiles sunt et rari, corpus debile ac timidus est. Cuius canini dentes sunt longi et firmi gulosus est et malus. Totus autem vultus cum est plenus et crassus, ignavum et voluptatibus deditum cogitatorem subdolum aseverant. Tota facies valde et rotunda significat valde dolosum. Qui collum habet curtum, calidus est et ingeniosus; cuius vero collum est longum et gracile, stolidus et garrulus, et tumidum collum grossum et durum ac forte, iracundum audacem significat, strictum vero timiditatem. Dorsi curvitas morum innuit malitiam, spatula lata bonum indicant intellectum. Capitis

Digitized by Google

spatulae elevatio elongata stultitiam significat. Cum brachia adeo fuerint elongata ut ad genua manus attingant, animi arrogantiam ac regnandi cupiditatem designat. Cum brachia multum curta sunt, hominem timidum et amatorem significant. Manus leves et subtiles sapientiam multam, curtae vero stulticiam significant, nimis vero longae ac gentiles cum unguibus pallidis et brevibus, maliciae attestatus. Cum digiti collecti sunt et conglobati, malignum et avarum indicant. De ceteris autem tantum sufficit dicere quod eorum decor et conformitas bonum praestat indicium, deformitas et ineptitudo maliciam attestatur; nec oportuit omnia signa sed evidentiora describere; et pro absentia malorum bona intelligantur adesse ac secundum quod plura et digniora prevaluerint iudicandum. *Amen.*

Digitized by Google

UN
BIENNIO UMANISTICO
(1425 — 1426)
ILLUSTRATO CON NUOVI DOCUMENTI

Il biennio 1425-1426, di cui sono campioni principali il Panormita, l'Aurispa, Guarino, campioni secondarî il Toscanella, il Lamola e altri, tanto fecondo per la produzione umanistica, poichè vide pubblicare l'*Ermafrodito* del Panormita, la *Philodoxeos* di L. B. Alberti ed una falsificazione di P. C. Decembrio, e tanto promettente per gli studî classici, poichè vide giungere in Italia una ricchissima collezione di manoscritti greci (1) e ritornare nel commercio letterario la *Medicina* di Cornelio Celso, questo biennio fu già variamente e in più occasioni illustrato; ma non si sarebbe mai creduto che tanta nuova luce gli dovesse venire da due codici della biblioteca Classense di Ravenna, i quali, oltre ad aggiungere molte notizie intorno alla vita umanistica, rivelano per la prima volta precise e concrete informazioni sulle opere minori di Tacito e sul libro *Dei grammatici e retori* di Svetonio. I due codici ravennati sono il 349 e il 419, cartacei, del secolo XV e propriamente del primo trentennio di esso, perciò contemporanei alle scritture che contengono e conseguentemente assai autorevoli; il 419 è miscellaneo e i nostri

(1) L'elenco dei principali si legge in una lettera dell'Aurispa del 27 agosto 1424 in A. Traversarii, *Epist.*, XXIV, 53.

Digitized by Google

documenti sono compresi nell'ultimo fascicolo, l'ottavo, che fa parte da sè, di fogli 20, alcuni dei quali fuori di posto, ed è disgraziatamente mutilo al principio e alla fine. Pubblico qui dai due codici tutte le lettere inedite, eccetto le tre che furono comunicate altrove (1); ma non tutte integralmente per non ammassar roba che non ha importanza nè storica nè letteraria. E reco inoltre da altri codici alcuni pochi documenti, che hanno intima relazione col nostro argomento e che non riesciranno sgraditi, come ad esempio la graziosa novella storica dell'Aurispa (V) (2) e la sua dedica (XXVIII) alla traduzione finora rimasta ignota delle *Epistole* di Ippocrate. A ciascun documento ho apposta la data, che nel maggior numero dei casi ho ricavata con evidenza da indizî sicuri; le incertezze naturalmente ci sono, ma non molte nè gravi. Quanto all'ortografia, ho introdotto nel testo i dittonghi, pur sapendo che questi corrispondenti, all'infuori di Guarino, non li adoperavano: e ciò allo scopo di renderlo meno difforme; le altre peculiarità sono state rispettate. Le lezioni omesse dai codici e da me supplite, sono chiuse tra parentesi quadre.

Facciamoci pertanto a interpretare i nostri documenti e cominciamo da quelli che si riferiscono all'Aurispa. I primi quarant'anni della vita di quest'umanista sono ravvolti nell'oscurità; ma fortunatamente due bagliori brillano ora al nostro sguardo e ce li rischiarano. Nella narrazione del tragico fatto d'amore accaduto a Napoli ci dice l'Aurispa d'esser vissuto a lungo e felicemente in quella città (V, *in quo diu laetissime vixi*), il ricordo della quale congiunto a quello del nome della donna sì miseramente perita lo commoveva fino alle lagrime. Il nome di quella donna era Tirinella: l'aveva egli forse conosciuta? o non conobbe invece e vagheggiò una fanciulla di quel nome? E che cosa sarà andato a fare a Napoli? a studiare o a mercanteg-

(1) *Studî italiani di filologia classica*, VII, 105, 120, 122.
(2) I numeri romani tra parentesi rimandano ai documenti.

Digitized by Google

giare? Anche Bartolomeo Guasco, umanista e suo amico, e Tommaso Seneca avanti di dedicarsi alle lettere avevano esercitato la mercatura. Se diamo ascolto a Giorgio da Trebisonda, da Noto, patria dell'Aurispa, molti andavano giornalmente a Napoli (1): non certo a studiare; e secondo una parola dell'Aurispa stesso sembra che egli avesse colà dei parenti, perchè manifestando una delle tante volte al Panormita il proprio desiderio di stabilirsi a Napoli, soggiunge: 'procura dunque che io possa passare il resto della mia vecchiaia con voi e coi miei' (2). Comunque sia e qualunque congettura si affacci al nostro pensiero, dobbiamo tener per fermo che la prima uscita di patria dell'Aurispa sia stata verso Napoli a tentarvi la fortuna.

Il secondo bagliore parte dalla delicatissima e affettuosissima lettera (III) con la quale Guarino dà il benvenuto in Bologna all'Aurispa, congratulandosi con lui che dopo le sue lunghe peregrinazioni ulissee abbia finalmente toccato un tranquillo porto. Peregrinazioni ulissee! aveva vagabondato molto dunque e assai più che non sia un unico viaggio a Costantinopoli, quello da cui era recentemente tornato. Si aggiunga che Guarino oltre alla grandissima benevolenza che nutre per l'Aurispa, vanta anche un'antica amicizia (*vetusta caritate*); e questa per esser tale doveva contare parecchi anni. Ora considerando le vicende della vita di Guarino non sembra che si possa scegliere per un incontro con l'Aurispa se non il suo soggiorno di Costantinopoli, che va dal 1403 al 1408. E a supporre la presenza dell'Aurispa in Grecia avanti che v'andasse nel 1421 ci conferma il sapere che egli fu tra il 1420 e il 1421 maestro di greco al Valla in Roma (3): e il greco non lo potè imparare da nessuno in Italia (4).

---

(1) E. Legrand, *Cent-dix lettres grecques de Fr. Filelfe*, Paris, 1892, p. 324, *quottidie huc* (Neapolim) *Notenses homines devehuntur*.

(2) R. Sabbadini, *Biografia documentata di Giovanni Aurispa*, Noto, 1891, p. 115, *vobiscum et cum meis*. A citare questo libro, che dovrà essere ricordato spesso, basterà in seguito la parola *Aurispa*.

(3) Barozzi-Sabbadini, *Studi sul Panormita e sul Valla*, Firenze, 1891, pp. 52-54.

(4) La notizia di Lodovico Carbone nell'elogio funebre di Guarino (pub-

Digitized by Google

La supposizione poi è fortemente rincalzata dal trovarlo, sempre antecedentemente al 1421, in possesso di un buon numero di codici greci, a raccogliere i quali gli bisognò viaggiare in Oriente. Infatti in casa di Antonio Corbinelli a Firenze, morto nel 1425, aveva lasciato un'*Odissea*; nel 1417 vendette in Pisa un Tucidide al Niccoli (1); e da Roma scrivendo a un amico l'ultimo giugno del 1421 gli trasmetteva un elenco di più di una decina di manoscritti greci (2). Assodata così con ogni verosimiglianza un'anteriore peregrinazione dell'Aurispa in Oriente, propendiamo a credere che si abbia da interpretare per l'anno 1413 la data oscura, o piuttosto erronea, da lui posta in un codice di Euripide e Sofocle (3): in detto anno egli stava a Chio.

L'ultimo viaggio a Costantinopoli è meglio illustrato dalla lettera dell'Aurispa a Gianfrancesco Gonzaga (X), nella quale egli si manifesta per un beneficato da quel principe; e ciò induce a pensare che in servigio di lui abbia intrapreso il viaggio, considerando che fu egli a redigere la lettera scritta al citato Gon-

---

blicato ora da K. Müllner, *Reden und Briefe italienischer Humanisten*, Wien, 1899, p. 93), che l'Aurispa sia stato scolaro di Manuele Crisolora può esser vera solo se si ammette che ciò sia stato a Costantinopoli; ma probabilmente si tratta di un equivoco come per il Filelfo, che dal Carbone è pur dato quale scolaro di Manuele.

(1) A. Traversarii, *Epist.*, XXIV, 50: VI, 8.

(2) La lista si legge in un codice greco di Leida e fu pubblicata da H. Omont, in *Centralblatt für Bibliothekswesen*, Leipzig, 1887, pp. 186-187. Dall'intestazione *Hi libri apud* τὸν Αὐρίσπαν ἐν τῇ πόλει *sunt, ut scripsit pridie kalendas iulias 1421* si deduce che sotto questa data l'Aurispa aveva trasmesso la lista a un amico, il quale se la copiò. Tutti questi codici, meno *Diogenes de iis qui philosophi probantur in libris* e *Plurime antiquissimorum oratorum epistole*, ricompariscono nell'elenco dato da lui stesso nell'ultimo ritorno da Costantinopoli (A. Traversarii, *Op. cit.*, XXIV, 53; VIII, 3). È da notare che in questa lista del 1421 s'incontra un codice famoso, il *Commentum Aristarchi in Homerum*, dal Comparetti giustamente identificato col *Codex Venetus* degli Scolii all'Iliade (cfr. *Homeri Ilias cum Scholiis. Codex Venetus A. Marcianus 454 phototypice editus*, Lugd. Bat., 1901, pp. x-xi).

(3) L'epigramma fu pubblicato da me nel *Giorn.*, 28, 341, e ripubblicato poi con emendamenti e una più razionale interpretazione da N. Festa, in *Rivista delle biblioteche e degli archivi*, VII.

Digitized by Google

zaga dal nuovo imperatore greco Giovanni Paleologo tra l'ottobre e il dicembre del 1422 (1). Quest'ultima volta però non rimase troppo soddisfatto dei Greci, se poniamo mente alle lagnanze che egli muove contro l'invidia di essi e dei loro re (XII).

Restano confermate le pratiche col Traversari e il Niccoli, interrotte il 1424 in causa della pestilenza e riprese a mezzo il 1425 (2), per esser condotto lettore a Firenze (IV); confermata la sua gita a Venezia nell'agosto allo scopo di riprendersi i codici (V) (3) e il suo arrivo a Firenze alla metà di settembre 1425 (4), poichè il 12 era aspettato di giorno in giorno (VI).

Nuove e preziose all'incontro, sebbene non imprevedute, riescono le informazioni sulla sua dimora a Firenze: non imprevedute, imperciocchè non è difficile comprendere che all'Aurispa mancavano quella profondità e quella larghezza di cultura, le quali sono necessarie a rendere proficua e autorevole l'opera di un insegnante, e che i Fiorentini e sopra tutti il Niccoli non con la dottrina di lui facevano all'amore, ma con la cospicua sua suppellettile di codici, della quale venuti che fossero in potere, si sarebbero ben presto sbarazzati del possessore; ma egli non avrà tardato ad accorgersi dove erano rivolte le mire dei suoi interessati protettori e tenne salda la sua merce. Di qui saranno principiati i dissapori.

Come è piena di amarezza la lettera a Guarino (XII), col quale sfoga l'animo suo: 'qui dovunque animosità e indegnità, non un momento di pace, dappertutto invidie e sciocchezze, poichè tutti questi sapienti, anzi questi filosofi si dànno alla maldicenza e sembrano pazzi'; e adopera nei punti scabrosi il greco, per evitare di farsi capire, nell'eventualità che la lettera cadesse in mani indiscrete; e il greco parimenti adopera nella risposta Guarino, che del resto si mantiene alto alto, pur lasciandosi

(1) *Aurispa*, p. 13.
(2) *Ibid.*, pp. 15, 19, 20, 22, 29.
(3) *Ibid.*, p. 29.
(4) *Ibid.*, p. 30.

Digitized by Google

sfuggire una frase acerba: 'che ivi soli gli ignoranti assumono l'aria di sapienti' (XIII), egli che dei bisbetici umori fiorentini aveva la sua buona parte d'esperienza.

Già nell'aprile del 1426 trattava o pensava di trattare per una condotta altrove; forse egli preferiva Padova, il Panormita gli consigliava Siena (XIV); nell'agosto avviava pratiche con Tommaso Fregoso per andare a Genova (XXIII) (1); nel settembre aveva scelto Perugia (XVIII); senonchè poco dopo, nell'ottobre, torna ad essere irresoluto (XXI) e finisce poi con l'acconciarsi per un altr'anno a Firenze: in fondo in fondo non c'era una città come quella che offrisse tanti copisti, tanti codici e tante biblioteche così ben fornite (XXIV) e potesse alimentare il mestiere del negoziar libri.

Qui terminano le notizie nuove; ma non sarà male ritornare sulle già conosciute per rettificarle o stabilirle definitivamente. La nascita dell'Aurispa è tuttora incerta. Egli in una lettera al Panormita del 18 dicembre 1457 (2) dice di essere nell'anno 83° di sua vita (*octogesimum et tertium annum agenti*), mentre in un'altra a Pio II del 15 dicembre 1458 (3), ossia alla distanza di un anno meno tre giorni dalla prima, ha sempre la medesima età (*ago iam tertium et octuagesimum annum*). È chiaro che bisogna scegliere fra le due lettere, perchè conciliarle entrambe non pare possibile; e considerando infatti come più volte l'Aurispa si chiami *octuagenarius* poco precisamente e come nella lettera al Panormita avesse qualche motivo d'esagerare la propria

(1) *Aurispa*, p. 187; non c'è più dubbio ora che per la lettera al Fregoso, tra gli anni 1426 e 1427 sia da scegliere il primo.

(2) *Ibid.*, p. 134; questa lettera, da me assegnata al 1455, fu invece dimostrata del 1457 da G. A. Cesareo, *Un bibliografo del quattrocento*, in *Natura ed arte*, 1892, pp. 2-4 dell'estratto; alle prove ivi addotte ne va aggiunta una, perentoria, che cioè il decreto del re Alfonso in essa lettera accennato, il quale favorisce contro l'Aurispa il monaco Romano Testa, recava la data del 16 settembre 1457, cfr. R. Pirri, *Sicilia sacra*, II, 1308.

(3) *Ibid.*, p. 7; l'anno 1459 del mio testo fu già giustamente corretto in 1458, cfr. *Giornale*, 18, 308.

Digitized by Google

età, dovechè non l'aveva in quella a Pio II, vien naturale di prendere qual punto di partenza quest'ultima; e allora se nel dicembre del 1458 l'Aurispa era nell'anno 83°, conchiuderemo che nacque verso la metà del 1376.

Controverso è parimenti se sia o no stato cantore nella cattedrale di Noto. Confesso di essere stato su questo proposito a lungo esitante, ma credo di dovermi risolvere per la negativa; e la ragione è che all'ufficio di cantore occorrono ordini sacerdotali, siano pure i minori, e l'Aurispa si fece diacono, ossia prese gli ordini minori, soltanto nel 1430 per consiglio di Meliaduce di Este (XXIX) (1). Dall'altra parte il Littara, che della notizia è fonte prima, afferma categoricamente che l'Aurispa cantore morì il 1416 (2), donde è forza conchiudere che si tratti di un altro Aurispa, forse parente del nostro.

Non bene assodate sono le gite dell'Aurispa a Napoli del tempo che abitava Ferrara: dico gite e non gita, perchè furono tre. La prima cadde nei mesi di marzo e aprile del 1444 (3), e in quell'occasione rivide il Panormita, conobbe il Faccio ed ebbe dal re Alfonso l'incarico di tradurgli un'opera greca d'argomento militare: il 6 maggio era già di ritorno a Roma. La seconda fu, pare, della fine del 1448, e allora conobbe la sposa novella del Panormita e la bambina Caterina da poco nata (4); la terza ebbe luogo nell'ottobre del 1453 (5).

---

(1) *Aurispa*, p. 56: *persuasit ut diaconus fierem*, parole dello stesso Aurispa, mentre il Panormita impropriamente dice *sacerdos*, *ibid.*, p. 53.

(2) *Ibid.*, p. 150.

(3) *Ibid.*, pp. 89-91; entrambe le lettere sono state scritte dopo il ritorno da Napoli a Roma, nonostante che la prima di esse porti erroneamente la data *Neapoli*; del resto tutto il contenuto e la frase *difficile est qualem* (domum) *velim Romae invenire* indicano chiaramente che è scritta da Roma. Questa gita a Napoli fu illustrata dal Cesareo, *Op. cit.*, pp. 8-10.

(4) *Aurispa*, pp. 106-108; questa lettera non può riferirsi al ritorno dalla gita del 1444, poichè qui dichiara l'Aurispa di non avere ancora scritto all'amico dopo il ritorno: e siamo nel gennaio; mentre subito dopo la gita del 1444 gli scrisse più lettere, *multa pluribus epistolis ad te scripsi*, p. 90.

(5) *Ibid.*, p. 121, scrive nel 1453 al Panormita: *et revertar Romam ad octobrem et hinc Neapolim*, cfr. Legrand, *Op. cit.*, p. 322.

Digitized by Google

Dominus Antonius Panormita quaerit, ut sentio, tuo munere Mantuae fore; quod si a clementia tua impetraverit, satis scio primum tibi id maximo opere placiturum, atque civitati non parum ornamentum, sibi vero bene feliciterque futurum; felicissimos enim omnes puto, qui tuis servitiis tuaeque voluntati operam praebent. Ergo facilius rem, quam petiturus est, impetrare ut possit, pauca de eo loquar. Qua in re si animum tuum maiorum potius nobilitas quam virtus moveret, eum magnifico quodam ex equestri ordine viro natum referre possem; quomve Panormum nobilissima Siciliae civitatum sit in ea ipse et nobilissimus est et cognatorum divitiis et multitudine potentissimus. Sed venio ad suas unicas et singulares virtutes, quae praecipuum apud dominationem tuam locum habent. Hic vir quom in iure civili et pontificio eruditus sit, tantam in scribendo elegantiam habet, ut nemo hodie vivat, pace aliorum dicam, quem hic gravitate lepore et dicendi suavitate non vincat. Ego mediusfidius, princeps optime, nullius hominis epistulas hac nostra aetate, quam huius disertiores legi. Verum in oratione soluta aliqui sibi aut propinqui aut fortasse similes sunt; in versu quoque tantum nostri saeculi hominibus praestat, ut nullius ad eum comparatio sit. Nec dubito poetis illis antiquis eum conferre; nihil est quod suo carmine dilucidare et magnificare non possit. Postremo pro sui ingenii facilitate atque elegantia nemo hunc, cum coram fuerit, est superaturus. Si impetrarit apud dominationem tuam quod postulat, erit ingenii sui suavitas voluptati tibi, civitati ornamento, et sibi, quod supra dixi, felicitati maximae. Valeat faustissime tota tua domus. Ego humilem dominationi tuae me totum dedo.

Ex Florentia XVIIII ianuarii [1426].

Illustri principi et domino domino Iohannifrancisco de Gonzaga Mantuae etc. imperiali vicario generali, domino et benefactori meo.

XI.

Antonius Panormita Aurispae viro immortali s. d. (1).

(1) Cod. Classense 419, f. 15.

Digitized by Google

Quomprimum (1) ipse signavi et ad te emisi superiores epistolas, ut in fine illarum pollicebar, accessi ad suffragatorem (2) meum sibique tuas ad dominum Mantuanum epistolas detuli. Legit eas et sane voluptuosissime ac visae ei sunt tua eloquentia tuaque in me benivolentia dignae. Ceterum quom dicis praesentire te 'me fore petiturum abs se quicquam', item 'si impetravero apud se quod postulo' ceterave, illud arbitratu suo nihil oportere ait, imo et si non adiciatur, longe expedire ..... Nam (suffragator) et propinquus et intimus principi est, alioquin vir magnae auctoritatis ac fidei; et nuperrime Mathaeum de Papaz[zonibus] Bononiensem, virum egregiissimum, percommode locavit apud principem .....

Ex Bononia quam cursim [febbraio 1426] (3).

XII.

Aurispa Guarino Veronensi viro doctissimo s. p. d. (4).

Credideram quom Graecorum invidiam fugissem καὶ τούτων βασιλέας (5), in tutum me collocaturum et neminem offensurum esse, si mecum viverem; sed longe aliter evenit (6). Ibi enim παρὰ αὐτοῖς βασιλεῦσιν (7) aut apud quosdam pacem et quietem nonnunquam inveniebam; undique hic simultates et indigna facinora conflantur (8), nihil mihi pacificum, omnia invidorum et stultorum plena sunt: hic πάντες οἱ σοφοί (9), imo (10) πάντες οἱ φιλόσοφοι κακηγοροῦσι, μαίνονται (11). Suadet tempus et locus ut patientia utar; et ita institui patiendo livorem et maledicentiam omnium vincere, quod profecto confecturum me spero. Dolet tamen nonnunquam animus καὶ αὐτὴ ἡ ἀνθρώπων φύσις (12) meque mecum macero. Verum in hisce meis adversitatibus cuiusdam amici epistolae me facile pro sua eloquentia atque doctrina solantur; quem et tu ut amare possis, est enim omnium eruditorum amore dignus, de eo pauca ad te scribam.

---

(1) Comprimum *cod.*
(2) suffratorem *cod.*
(3) Per la relazione con la precedente colloco la presente nel febbraio.
(4) Cod. Classense 419, f. 17 *v.*
(5) καὶ —] *om. cod.*, *in marg.* illorum reges.
(6) eveniet *cod.*
(7) παρὰ —] *om. cod.*, *in marg.* apud ipsos reges.
(8) conflant *cod.*
(9) πάντες —] *om. cod.*, *in marg.* omnes sapientes.
(10) imo qui *cod.*
(11) πάντες —] *om. cod.*, *in marg.* omnes philosophi oblocuntur desipiunt.
(12) καὶ —] *om. cod.*, *in marg.* et ipsa hominum natura.

Digitized by Google

Ei est nomen Antonii Panormitae, natione est Siculus et patre nobilissimo prognatus. Ipse iuri civili et pontificio operam navat (1), in quibus eruditissimus est; in studiis vero humanitatis, pace omnium qui vivunt dicam, si tu ille non esses, aequalem non haberet (2): tanta est eius ingenii vis, tanta suavitas! Siquid latine scriptum hoc nostro saeculo (3) Ciceronis orationi propinquat, id est quod huius ingenio proficiscitur. Nihil est quod tuas aures implere et tenere posset, quam huius viri epistolae; sed oratione soluta aequandus aut tibi aut quibusdam paucis videri posset; in versu vero sibi facile ab omnibus ceditur et praesertim in elegiaco. Nihil est tam obscurum tam fragile, quod ipse suo versu non lucidaret et ad immortalitatem redderet. Mirabile dictu est quantum in elegia valeat; nec dubito compatriotae tuo (4) et ipsi Nasoni hominem comparare. Vivat modo, legetur, mihi credas velim Guarine, et antiquabitur: secum habet musas, secum ipsum Apollinem. Si Augusti, si Maecenates viverent, evaderet hic meo arbitratu poeta eximius. Sed faciam ut ad te ipse quicquam scribat: tute enim tunc quod ex me audis verissimum esse iudicabis. Haec ideo ad te scripsi ut et tu illum cognoscas et ipse [te], cuius rei cupidissimus est.

Sed ad rem redeo. Manebo hoc anno Florentiae, et patiendo et recte beateque vivendo malorum hominum simultates et invidiam vincere menti est. εἴθε μετὰ θηρίων μᾶλλον ἢ μετὰ τοιούτων ἀνθρώπων βιοίην (5). Quom (6) ex Bononia discederem, ad te scripsi cumulatissime omni de re quae ad me pertineret; amici enim officium esse puto, eius praesertim qui locum mutat, significare ubi sit. Sed quoniam superioribus meis epistolis non respondisti, incertum habeo an illae ad te redditae fuerint; idemque de his iudicabo, quousque responderis. Siquid mihi iusseris, omni animo voluntati tuae obtemperabo. Vale.

[Firenze, febbraio 1426] (7).

XIII.

Guarinus (8) doctissimo et (9) ornatissimo viro Iohanni Aurispae sal. pl. d. (10).

(1) manat *cod.*
(2) habet *cod.*
(3) sarculo *cod.*
(4) Catullo
(5) εἴθε —] *om. cod.*, *in marg.* o cum feris potius quam cum talibus hominibus viverem.
(6) Quum *cod.*
(7) La data si ricava dal confronto con la seguente, che è la risposta.
(8) Cod. Classense 349, f. 165 (= *a*); 419, f. 18 (= *b*).
(9) doctissimo et *om. a.*
(10) d. *om. b.*

Digitized by Google

Superiori tempore cum fama referente Florentiam (1) te profectum esse intelligerem, tuae virtuti (2) sane gratulabar, quod in florentissimo, ut sic dicam, θεάτρῳ (3) et resonantissima civitate laudes tuas decantatum iri vaticinabar. Augurium faciebat iuventutis florentinae (4) cupiditas ad haec studia et ardens animus ad bonas artes et litteras perdiscendas, ad quas te ducem te hortatorem te adiutorem nacti, te patrem te patronum haberent: quod de Aristotele atque Alexandro factitatum (5) legeram, qui longe magis Aristotelem praeceptorem quam Philippum genitorem sese amare praedicabat: Παρὰ γὰρ ἐκείνου μὲν τὸ ζῆν, παρὰ τούτου δὲ τὸ εὖ καὶ καλῶς ζῆν λαβεῖν (6). Nunc vero falsa me deceptum ave tuarum testimonio litterarum (7) et audio et doleo, vel tua causa quem diligo et singulari caritate complector, vel etiam ipsius civitatis gratia cuius laudibus faveo (8). Nam quae reliqua spes haberi potest, si in tam praeclara civitate contra litteras et virtutem φθόνος καὶ μῖσος ἀῆναι (9) coeperit? (10). Vereor ne Virgilianum illud complectendum sit consilium (11): ‘ heu fuge crudelis (12) terras, fuge littus avarum ’, ubi imperiti soli scire videri concupiscunt aut eruditis invident (13); hos vocat Plinius conterraneus meus οὐ σοφοὺς ἀλλὰ σοφῶν καταγελαστάς (14). Qua in re, Aurispa carissime (15), tuae nunc fortitudinis et generosi animi documenta detegas oportet; te nunc gubernatorem intrepidum inter fluctus et ventos declares oportet; contra Scyllaeos canes ἐπὶ δ'οὔατ' ἀλεῖψαι (16) ut Ulixes ille (17); teque quom (18) in litterarum portum receperis, ‘ insani feriant sine littora fluctus ’. Sed quid ago? quasi vero tu meo indigeas hortatu et consolatione, qui per te sapis et magnarum rerum usu callueris.

---

(1) Florentia *a*.
(2) virtute *b*.
(3) θεά —] theatro *b*, verbum grecum *a*.
(4) Florentiae *b*.
(5) factitatum *om. b*.
(6) παρά — (cfr. Plutarc., *Alexand.*, VIII, 8) ab hoc enim esse ab illo autem et pulchre esse accepisse *b*, verbum grecum *a*.
(7) La XII.
(8) cuius—faveo *om. b*.
(9) φθον—ἀῆναι] invidia et odium inflasse *b*, verbum grecum *a*.
(10) coeperit *om. b*.
(11) *Aen.*, III, 44.
(12) crudeles *a*.
(13) aut eruditi invident *b*, *om. a*.
(14) οὐ —] non sapientes sed sapientum elusores *b*, verbum grecum *a*.
(15) carissime *om. b*.
(16) τὰ —] aures obtura *b*, verbum grecum *a* (cfr. *Odyss.*, XII, 47).
(17) Ulisses ille *b*, *om. a*.
(18) teque quom] te quom *b*, te cum *a*.

Digitized by Google

Proinde ne supervacuus sim me continebo et ad Antonium tuum revertar. Εἰδότι πάντ' ἀγορεύεις, καθ' Ὅμηρον (1). Hominem novi, suis pervolantibus ad me scriptis, in quibus antiquitatem et quidem doctissimam et urbanissimam effingit, ut priori (2) natum saeculo contenderim. De illo igitur inter legendum saepenumero illud exclamo Virgilianum (3) prae laetitia: 'Tale tuum carmen nobis, divine poeta, Quale sopor fessis in gramine'; amo igitur hominem et observo (4). Hoc autem meum de viro iudicium et amorem ne cunctis aperias cautio est, nisi certis, ne ab his qui omnium primi esse volunt, nec sunt, ego pariter et Antonius deturbemur (5) *****, cum tamen interim dolore et alienae laudis invidia 'rumpantur ilia Codro' (6).

Nullas abs te Bononia discedenti suscepi, quas ἐφίλησα ἄν (7) te in illis videre et audire credens, quem ex animo diligo et toto, ut dicitur, pectore complector. Si tua ope atque opera Herodoti compos fieri possem, nihil gratius nihil iocundius afferre posses hoc tempore. Oraveram per litteras Dianum nostrum, ut quendam transcribi faceret: res ipsa (8) *****. Vale.

Veronae III kalendas martias [1426] (9).

XIV.

Ille illi s. (10) (= Antonius Panormita Aurispae s.).

Nunquam mihi satis adhuc persuadere potui, vir suavissime, quemquam prorsus desipere posse prae grandi et improvisa laetitia..... Quaenam ea voluptas est? non aperiam mehercule..... Utinam adesses, Aurispa, coramve inspiciens (11) me meique vultus et formae iudicium ferres..... Audax nimium es, Aurispa, cohibe manus, Aurispa. Vere mei compos non sum, letargum patior; nam putavi te coram adesse iam meaeque formae manus iniecisse.....

---

(1) εἰδότι —] scienti vel cognoscenti omnia enarras. Secundum homeram *b*, verbum grecum *a* (cfr. *Il.*, I, 365).
(2) priora *b*.
(3) *Ecl.*, V, 45-46.
(4) observo. Vale lucent stelle *b* (e così finisce).
(5) deturbemur verbum grecum *cod.*
(6) Verg., *Ecl.*, VII, 26.
(7) ἐφίλ —] verbum grecum *cod.*
(8) ipsa verbum grecum *cod.*
(9) L'anno è il 1426, perchè l'Aurispa è già da qualche tempo stabilito a Firenze.
(10) Cod. Classense 419, ff. 13 *v.*, 1 *r.*
(11) inspicias *cod.*

Digitized by Google

Vale, altera voluptas mea, et Antonio Rosso equiti ornatissimo et harum latori ita te exhibeas, ut te praesens, ut absens facit, admiretur; secumque agas ut Senae conducare, si eo loci domicilium tibi decernas anno futuro, quod ego malim quam Patavii aut ubivis gentium. Etenim eius genitor, primarius vir, unus ex Studii sapientibus, sic enim appellantur, nuper designatus est habetque collegas affines et amicos et sibi obtemperantes. Iterum vale.....

Ex Bononia vel verius ex sinu Veneris (1) XV aprilis [1426].

XV.

Antonius (2) Panormita s. p. d. Antonio Rosso praesidi (3) Anconitano v. c.

Mirifica quadam laetitia affectos video familiares tuos, praeses iustissime, eo quod ad id magistratus deveneris in iuventute tua....; pro quibus sane egregiis ornamentis tuis summus sacerdos qui ad huius officii magnitudinem te adhibuerit.....

Lodovicus Arretinus, qui secundo ordine apud te ius dicit, ut nosti, non spe mercedis adductus, parva enim merx erat, sed hortatu meo et tuorum morum gratia te insecutus est..... Urso Bononiensi (4) id pollicitus quodammodo fueras, ei belluae, quae pupillorum causas dicit apud Senas.....

Ex Bononia quam raptim [verso la metà del 1426].

XVI.

Antonius Panormita s. p. d. Andreotio Petrutio spectato et insigni viro (5).

Postea quam ex (6) Florentia discessisti Senam petiturus.....

Ceterum igitur respondere incipiam (tuis litteris), verum ex ea parte, quae mihi longe voluptuosior fuit. Quod Franciscus L[utius] sese studiis litterarum devoveat meque amet ac desideret, summum in modum periocundum mihi est. Atqui verum sit ita utinam atque utinam; vana quippe, ut opinor, enuntias et me falsa voluptate complere studes. Non etenim ea mens ac pietas

(1) veneriis *cod.*
(2) Cod. Classense 419, f. 16.
(3) *praeses* nel significato di pretore o podestà.
(4) Ursi bononiense *cod.*
(5) Cod. Classense 419, f. 15 *v*.
(6) ex] enim *cod.*

Digitized by Google

genitori suo est, cui praediolum curae est, filios vero postponit, quasi vitricus, imo capitalis hostis illis sit, non verus genitor. Porro geniti sui pulchras et ingenuas artis solent incohare, fateor, absolvere (1) autem haudquaquam; in culpa vero ipse pater est, qui filiis duos hactenus paedagogos elegit, alterum scilicet Thorinum, ut nosti, litterarum vel primarum ignarissimum, alterum, scilicet Laurentium, ex ultima Romani ruris faece et ignarissimum et flagitiosissimum ac dudum ex aede Iacobi M., viri gravissimi, pro sua postrema et nefanda turpitudine reiectum. Ab hoc igitur secundo Quintiliano formatur atque instituitur domus Lutiorum; ab hoc tertio Catone exornatur moribus atque virtutibus; quo fit ut fastiditi postea, cum ignoratione tum corruptione praeceptorum, filii qui egregia facinora coeperunt, illa destituant; et in culpa et in causa pater sit, non filioli, qui mediusfidius docti et eruditi evaderent, si parentem diligentiorem prudentioremve ac magis pium forent sortiti. Etenim ut forma liberali ac praecipua, ita et ingenio nobili et claro praediti sunt. Sed de hoc alias tecum per epistolas prolixius agam. Tu vero an pro certo F[ranciscus] Lutius eloquentiae operam det, iterum non dico rescribas, sed ut ille per litteras qualesquales suas me certiorem reddat efficias.

Post haec refers accepisse te me proximis feriis (2) Senam profecturum; proinde cetera quae rescripturus eras distulisti, quasi iocundius ac opportunius illa actitaremus coram et vivis affatibus. Adventus utique meus, mi Andreuti, dubius est pendetque ex praedicti (3) nostri viri praeclari dispositione. Fieret fortasse non ambiguus, si a maiori praeside (4) citaremur, quod uti fiat cura accuratissime. Santius (5) et Farafalla (6) tuam salutem vehementius exoptant; praeses (7) vero tuam desidiam odit; Pontanus (8) et odit et aspernatur.

Restabat uti responderem particulae litterarum tuarum, sed potis sane non sum: abducor equidem ex te, vel invitus quidem, ad auditorium iurisconsulti

(1) asseverare *cod.*

(2) Se son prossime le ferie ma non ancora chiuso l'anno scolastico, perchè andava a lezione, vuol dire che siamo tra il luglio e l'agosto; le scuole si chiudevano il giorno di S. Bartolomeo (24 agosto).

(3) predictis *cod.*

(4) S' intende il podestà.

(5) Sancio Ballo (o Balbo), siciliano.

(6) Giovanni Farafalla, siciliano.

(7) Francesco Coppola podestà di Bologna (lett. XXIII).

(8) Francesco Pontano. Su questi e altri amici del Panormita cfr. le sue *Epistolae Gall.*, III, 22, 26, 27. Due di essi, « d. Iohannes Farfaglia de Cicilia » e « d. Sanctius Sanctii de Ballo de « Cicilia » assistevano come testimoni il 21 agosto 1428 in Bologna alla laurea di Matteo Magnagatta (*Arch. stor. siciliano*, XX, 167).

Digitized by Google

nostri. Ex me igitur Timotheo illustri philosopho salve dicas; item Bertum Antonii filium v. c., Antonium Aretinum nobilem grammaticum meo nomine salvere iubebis ceterosque benivolentis nostros. Vale.

Ex Bononia quam cursim [luglio 1426].

XVII.

Antonius Panormita Iohanni Tuscanellae s. p. d. (1).

Recepi me nuper ex Mutina, quo ut nosti concesseram animi causa (2). Ceterum nec tuas nec Aurispae litteras Bononiae repperi, cum mensas omnis perquisierim, ut satis coniectem vos e Florentia decessisse iam; quo fit ut etsi plura sint ad te et rescribenda et significanda, nihil tamen inpraesentia audeam ad te scribere, quoad sciero Florentiae sis necne. Illud vero inter ambigendum non obmisero; nam etsi in manus aliorum perveniant litterae resque palam fiat, non est quod palam fieri noluerim. Igitur recorrige versum illum Hermaphroditi (I, 20, 4): 'Sic perhibent Helenae consuevisse Parim'; dicas 'concubuisse', alioquin versus claudicat. Item illum apud Lelphy caballum (II, 36, 31): 'Cur equitans aspris calcaribus ilia tundis', nam 'fodis' prima sillaba [non] longatur (3). Ita repperi primum scripsisse me cum primum edidi versus scripsique illos in Anticatone (4) meo; postea vero quoius (5) vitio depravati sint, ignoro; tu vero versus emenda: apud omnis Hermaphroditus. Cetera autem silebo quoad sciero ubi gentium sitis.

Curabo cras ut ad te mittam res tuas, nam hodie dies festus et celeber est; qua in re me negligentiae ne accusa, mi dulcissime Tuscanella; nam peregre agens rem perficere non potui prout desiderabamus. Vale, mea Clio; et quid agundum vobis sit quove in statu res vestra sit et reliqua quae ad me attinent renuntiato. Item vale. Vale item.

Ex Bononia die lunae quam cursim [settembre 1426].

---

(1) Cod. Classense 349, f. 169 v.

(2) La gita *animi causa* dovette certo far parte dei divertimenti delle vacanze scolastiche e perciò la lettera va collocata nel settembre.

(3) La doppia lezione errata si è trasmessa nei codici, p. es., *consuevisse* nel Coburgense, *fodis* nel Parigino e Veneto; cfr. A. Panormitae *Hermaphroditus*, Coburgi 1824, pp. 66, 151.

(4) Forse = *antigrapho*?

(5) quovis *cod.*

Digitized by Google

XVIII.

Aurispa cl. v. Antonio Panormitae s. p. d. (1).

Attulerunt quam solent epistolae tuae et maiorem quam solent voluptatem; nam regionis amoenitas et domus commoditas (2) te felicem per hoc temporis facere possunt idque quod felicitati tuae deest dabunt dii ut citissimo tibi superveniat. Ego absenti (3) tibi quasi praesenti (4) saepissime loquor, fingo hic mecum animum tuum adesse, [m]eum hunc animum hortor + magnum se tibi facio; quem ita moratum invenio (dicam quod sentio), ut tute praedicas, immo ut velles: nihil firmius nihil suavius nihil proposito certius tractavi; ac dubium habeo tune illum an ipse te magis amet. Utique enim insanis tu (5): caeteris virtutibus superari me a multis facile semper duxi, fide vero cum M. Regulo contendam; sed insanis tu, ut dixi. Quo pacto **** te cautum fecerim, aliis epistolis scriptum est; abs te nullas alicunde litteras accepi. Laurentii viri optimi et mihi dilectissimi atque observantissimi praeceptis semper obtemperarim; sed credo Iacobinum auditurum reliquum illud Flacci. Quare ego codice meo egeo; et vos istic et plures et optimos atque emendatos habetis. Quantum in elegia (6) est « sors mea tuta est et spes vera »; quod per epistolas Matthaei Maiagattae (7) adverteris. Corrigemus nos tamen omnia, quantum in nobis erit; nam « ita est vita hominum, quasi cum ludas « tesseris; corrigas igitur, siquid ieceris quod minime iactu opus fuerit » (8); ergo (9) ut superiori epistola scripsi expectandum erit secundum mandatum. Nondum quid facturus sim destinavi, sed inclinat animus ut Perusiam (10) petam idque me facturum puto.

[Firenze, settembre 1426].

---

(1) Cod. Vaticano 3370, f. 17. Questa lettera pubblicai nella mia *Biografia di G. Aurispa*, p. 153, senza averle potuto assegnare una data; la ripubblico collocandola a suo posto e migliorandone, dov'è possibile, la lezione.

(2) Allude certo alla gita *animi causa* del Panormita a Modena (lett. XVII); e con ciò è trovata la data.

(3) presenti *cod.*

(4) absenti *cod.*

(5) insanitis *cod.*

(6) elogia *cod.*

(7) Sul Magnagatta cfr. lett. XVI, *n.* 8 e quel che ne scrissi nel *Giornale*, XXVII, 330.

(8) Terent., *Adel.*, IV, 7, 21-23.

(9) ego *cod.*

(10) Non aveva ancora avuto la conferma a Firenze; e tra i tanti inviti ricevuti gliene era venuto, come si vede, uno anche di Perugia. Parecchi anni più tardi, nel 10 aprile 1440, dovendosi nominare a Perugia il cancelliere del Comune, l'Aurispa fu messo nella quaterna dei proposti;

Digitized by Google

XIX.

Antonius Panormita suavissimo suo Tuscanellae s. p. d. (1).

Ero non abs ratione breviusculus inpraesentiarum; nam sarcinulas congero et supellex mutanda est, tum asellus sudat. Igitur ad te, ut vis, dimittam Tibulli, poetae suavissimi, amores et Henici nostri Musicam atque id propediem tuaque fortassis opinione celerius; adnitarque etiam uti Lepidi (2) comoediam perlegatis deque ea detis iudicium. Perquiram Virgilii epistolam (3) prosa oratione atque illam viro illustri Nicolao Nicoli nostro, sic enim fert, mittam.

Quod reliquum est, te peto, te etiam, si pateris, oro, me in dies magis ac magis Iacomino (4) adolescenti glorio et insigni carum ac deditum facias; tam equidem totus suus esse cupio, quam grandis sum. Allexit vinxit obligavit me viri magni et prope singularis virtus, atque ita nimirum obligavit, ut suae glaebae me possit ascribere; sed vivam modo, eum profecto meae musae non silebunt. Rossum meum virum nobilem et iocundissimum ex me saluta. Tu vale, musa Attica. Ex Guarino mihi litterae sunt; curavit rem meam ut libenter ita diligenter. Sed hac de re alias; nunc enim, ut praedixi, negotiis domesticis obstringor. Vale item.

Ex Bononia die martis ad primam noctem quam cursim [ottobre 1426].

XX.

Antonius Panormita [Iohanni Tuscanellae s. p. d.] (5).

Non satis adhuc exploratum habes non dico quantum [me] oblectent et

---

gli altri tre erano « d. Franciscus Filelfus, Marrasius Siculus, d. Ranutius de Castilione aretino » (G. Lesca, *Giovannantonio Campano*, Pontedera, 1892, p. 197).

(1) Cod. Classense 349, f. 169.

(2) Sotto lo pseudonimo di *Lepidus* pubblicò Leon Battista Alberti, allora studente di diritto a Bologna, la sua commedia *Philodoxeos* (cfr. G. Mancini, *Vita di Leon Battista Alberti*, pp. 55-57).

(3) Si tratta di una contraffazione di Pier Candido Decembrio, che pubblicò una supposta lettera di Vergilio a Mecenate; il testo, che s'incontra in moltissimi codici del sec. XV, fu da me edito in Barozzi-Sabbadini, *Studi sul Panormita e sul Valla*, pp. 23, 10.

(4) Giacomino Tebalducci figlio di Tommaso, fiorentino, quello stesso a cui nel 1433 l'Aurispa annunziò da Basilea la scoperta dei nuovi codici (*Aurispa*, pp. 64-66).

(5) Cod. Ambrosiano H 192 inf., f. 35 *v*. Questa lettera pubblicai senza l'esordio in Barozzi-Sabbadini, *Op. cit.*, p. 23; la ripubblico ora per intiero e con la lezione migliorata.

Digitized by Google

afficiant epistolae quas ad me das, sed quantum etiam tuae famae tuaeque gloriae conducant (1); nam profecto frequentius ad me scriberes nec expectares uti prius syllabatim (2) epistolis responderem, quam alias exarares obsignaresque ad me. Sed faxo ut perbrevi intelligas et mihi fuisse periocundas et tibi non inglorias epistolas tuas; tu modo quod superioribus epistulis te adimpleturum promiseras ex (3) continenti exolvas.

Ex Guarino meo epistolas accepi; plura quidem enunciat et eloquenti et gravi amico vere dignissima (4); postremo Herodotum (5) infinita prece, paene eciam lacrimis petit; erit itaque officii tui promissa exolvere; ego contra mearum partium memini, quod (6) cum spoponderim pro virili parte adimplebo et quidem non sine ingenti gloria. De Lepido itaque pro librariorum perfidia statui illum inemendatum habere (7) et insciente domino ad te illum dimittere. Quinterni (8) illi adolescentium [ut] mones (9) tibi colligabuntur et emittentur. Epistola[m] Publii Virgilii ad Maecenatem denuo perquiram (10) et sane resupinabo valvas omnes (11), nec per me meamque diligentiam steterit quin Nicolao nostro satisfiat (12). Pe[tro] nostro tuas illas elegantes facetias non quidem legi sed enarravi; ille vero omnia percepit praeter quae sibi (13) [non] enarraverim. De his hactenus.

Audivi ex Francisco Barbaro, cum istac transitum daret Leonardum Aretinum et Nicolaum nostrum in antiquam amicitiam rediisse atque id factum ipsius Barbari [opera] (14). Tu vero ea [de] re aliquid vel verbosius significes velim et qua constantia quave (15) stabilitate perseveret. Saluta denique ex me Caesarem nostrum . ro . (*sic*) atque meis suaviis (16) osculator. Vale, spes studiorum (17).

---

(1) concedant *cod.*
(2) si labanti *cod.*
(3) ex] et *cod.*
(4) viro dignissimo *cod.*
(5) hermophroditum *cod.* Questa lezione rende assurdo tutto il passo.
(6) qui *cod.*
(7) comendato te re *cod.*
(8) qui ingenii *cod.*
(9) mores *cod.*
(10) per auram *cod.*
(11) valvas omnes] astas move. s. *cod.* Cfr. PROPERT., IV, 5, 51.
(12) satisfaciat *cod.*
(13) tibi *cod.*
(14) La riconciliazione fu fatta dal Barbaro nell'ottobre del 1426, quando di ritorno dalla legazione a Martino V si fermò a Firenze. Con ciò si stabilisce la data della lettera.
(15) et quave *cod.*
(16) suavius *cod.*
(17) taliorum *cod.*

Digitized by Google

Ex Bononia die martis noctu quam raptim [ottobre 1426]. De Lamola nostro plenius quicquam dicturus sum (1); ipse interea valet [et] te unice diligit.

XXI.

Antonius Panormita Iohanni Tuscanellae s. p. d. (2).

Si per internuntium...

Inivi iam gratiam Francisci Barbari, viri sane ut eloquentissimi ita humanissimi, qui cum recederet me muros extra traduxit ad quartum lapidem. Multa ac varia ultro citroque verba fecimus; tu nonnunquam in nostrum sermonem incidisti; itidem Iacobinus noster. Nam cum ille egregiis et eximiis laudibus efferret domum Medicam, ego Iacobini munificentiam urbanitatem comitatem ceterasque viri virtutes in caelum evehebam; feci demum ut incenderetur Barbarus amore Iacobini. Illud adieci, me meamque Tersicorem illi devovisse; tum Barbarus latinissimus: ne mea quidem Clio illum silebit aliquando. Fortunatus noster Iacobinus, qui hinc et inde musis devotus est. O otium, o animi tranquillitas, utinam te Iacobini gratia aliquando nanciscar!

Postremo mihi renuntia quid acturi estis, quam vitam quod domicilium quam spem atque omnia omnia. Nam Aurispa, ut reor, occupatissimus est; quanquam ne ego quidem unquam adeo curis circumventus forem, quin Aurispae mei causam ceteris rebus anteponerem. Tuae res paratissimae tibi sunt et Lepidi comoedia, quam Francisco ostendi; qua de ita sensit, ut ego ea de iudico; tu tuum iudicium dabis.

Guarinus meus et de me benemeritus Herodotum summopere concupiscit; ab Aurispa id beneficium expetit: tu quantum in te est pro Guarino intercedas. Lamola Horatium efflagitat; tu cura ut Horatii dominus sit: tris aureos in pretium paravit. Tu vale, mea musa.

Ex Bononia die iovis quam cursim [ottobre 1426] (3).

XXII.

Antonius Panormita Iohanni Tuscanellae suo suavissimo s. d. (4).

Obsignavi hodie Servellorum mensariis litteras ad Aurispam meum; itidem

(1) Forse intendeva della prossima partenza del Lamola per Milano.
(2) Cod. Classense 349, f. 165 *v*.
(3) La data risulta dal confronto con la lettera precedente.
(4) Cod. Classense 349, f. 168 *v*.

Digitized by Google

has mensae Albertorum ad te dimittam, quibus intelliges me summopere expetere an Aurispa adeo sit curis obtritus, ut ne mei memor extet, an alia sit fortassis oblivionis causa. Nam silet ad me plus quam res aut studium in me suum expostulat. Tu igitur illius partes substine; significa quid Aurispa meus agat, quae mens illi sit quaeve fortuna.

Lamola noster Horatium, de quo mecum egisti, volt; tris aureos in pretium paravit, qui cui mandaveris consignabuntur; tu cura ut Horatium habeat. Dulce illud melos Tibullus et Lepidi comoedia [parata] tibi sunt atque nondum comperi qui non gravetur [ferre] quoique tuto credi possint; tu interea siquem huiuscemodi repereris, ad me illum dirige fietque tuae satis aviditati. Quod superest, ex me saluta adolescentem illum aureum illudque nostrae tempestatis decus, Iacobinum Tommasii filium, cui me meamque musam dices iterum atque iterum. Tu vale cum Rosso nostro meque et diligite et amate.

Ex Bononia quam cursim [ottobre-novembre 1426].

XXIII.

Franciscus Coppolus potestas et capitaneus Bononiensis d. Iohanni de Tuscanella s. p. d. (1).

Fama tua me penes te adeo fecit notum, ut non oporteret ad te scribere, apud me te ignotum esse. Hisce paucis diebus superioribus ex litteris quibusdam comperi Aurispam virum clarissimum Ianuam perrecturum. Cum tui animi ignarus sim, an istic mansurus sis, an forte iturus alio, de te cum d. Sancio Balbo, mihi et tibi amicissimo atque viro integro, contuli; huc tandem colloquium devolutum est, quod ad te quid collatum est scribat. Et idem facit, cuius litteris in omnibus, quae parte mei exponentur, placeat fidem praestare; erit enim mihi summe gratum, si eas litteras volgares esse non intellexero et ad eam rem animum si apponeres, nec minus efficiam quam ipse Balbus noster polliciatur. Vale.

Ex Bononia kalendis novembris [1426].

XXIV.

Francisco Coppolo nobilissimo et litteratissimo equiti Perusino Iohannes Tuscanella s. p. d. (2).

(1) Cod. Classense 349, f. 169.
(2) Cod. Classense 349, f. 166.

Digitized by Google

Rodulfus nobilis medicus, amicus et familiaris meus, tui vero perquam studiosus, ad V kalendas novembrias ternas mihi ex vobis super eadem re epistolas reddidit; nam et Balbus noster idem pro voluntate tua cumulatius ad me scribebat, et Nicolaus quaedam enucleabat, quae cum ad virtutem tuam et liberalitatem, tum ad spem meam maxime pertinebant. Utinam mihi tardius non sint redditae, quam observantia in te mea postulat, immo efflagitat, quo omnibus illis epistolis syllabatim respondere queam, nec angustia temporis cogar quippiam, quod viri officiosi et amicos amantis sit, praetermittere. Sed ego inprimis a te incipiam, ad quem omnis haec causa et ratio scribenda spectat, post singillatim reliquos prosequar; malo enim cum ad alios quam cum ad te scribo ad dubium me tempus et angustum reservare.

Igitur cum omnis tua ad me scribendi ratio ex Aurispae decessione profecta sit, necessitas mihi quaedam imponitur principio ad te de Aurispa loqui. Inficias non eo diu nos multumque dubitavisse, an Florentiam, ubi domicilium nobis erat, relinqueremus atque alio, quo nos fata traherent, proficisceremur; quippe cum Aurispa ex omni parte prosperae fortunae flatu uteretur, incertus erat quid sequi melius esset. Movebat eum ex una parte lucrum, quod grandis pecunia ei extra Florentiam offerebatur quodque sibi et honor maximus parabatur et spes melioris fortunae, ad quam participem me delegerat secumque ducebat. Quod si deliberavissem, non erat id quidem dubium quin ego me fortunae suae destinavissem. At in tam ancipiti cura et cogitatione certatim ei multa occurrebant, quae Florentia sola habet, quae ad humanitatis et bonarum artium studia tam pertinent quam ad milites arma, immo eiuscemodi studiis tanquam glaebae ascribuntur: librariorum magnus numerus, copia exemplorum in omni humanitate, idest refertissimae Florentinorum bibliothecae, et illa quae ad haec pertinent. Quibus rebus vehementer a superiore profectione et quasi itinere revocabamur; non tamen adhuc quippiam statueramus, sed incertus animus erat: quae cogitatio et cura usque ad hodiernum diem nos tenuit. Verum cum litteras tuas legissemus, tantopere confirmati sumus Florentiae remanere, ut omnis illa de profectione cogitatio ex animo recesserit omnisque calor extinctus sit. Statuimus ergo potissimum tua causa etiam futurum annum Florentiae agere et in iisdem humanitatis studiis versari, siquidem Aurispa non minus tibi quam sibi facere satis desiderat. Igitur ut brevi litteris tuis respondeam, bono animo sis, quoniam Aurispa, ut iam dixi, alio profecturus non est, sed agemus Florentiae in nostris studiis; et cum hic aderis cum tua summa gloria, tecum erimus frequentes. Aveto. [Firenze, novembre 1426].

Digitized by Google

XXV.

Iohannes Tuscanella Nicolao suo s. (1).

Legi litteras tuas, quas de Francisci Coppoli viri ornatissimi benivolentia in me, item virtute et humanitate sua ad me dedisti; quae tantopere me oblectarunt, quantum ipse semper amavi amorem tuum. In eis cum cetera adsint, tum maxime elucet incredibilis quaedam tua in me benivolentia amor studium, quae eo animo amplector, ut amantius et ex corde magis amplexari non possim. Equidem inmortali animo tuo et inprimis officioso vehementer congratulor, quippe qui erga me tantopere fuerit intentus, ut meo, apud quem talis cura esse debebat, non cesserit. Habeo igitur gratias pro hoc tuo in me officio et eas, si fortuna dabit, aliquando persolvam. Quae ad me scripsisti, Balbus item conscripsit et ipse Franciscus. Maxime curavi ut Francisco viro illustri responderem; quare de ea re nihil ad te scribo. Cura ut valeas; me ama et d. Francisco me commenda. Vale.

Ex Florentia [novembre 1426].

XXVI.

Antonius Panormita Iohanni Tuscanellae viro eloquentissimo s. p. d. (2).

Cogor ad te brevissime respondere... Itaque expecta omnia ad septiduum...

Volt Albertus Constabilis (3), vir non inceleber et quem nosti (4) per superiores meas epistolas, uti tuis auspiciis sibi transcribi curem Varronem de origine linguae latinae. Habet in me vir hic quasi ius quoddam domini, habet in te etiam benivolentiam singularem; quare si me amas, et amas (ut puto) etiam praeter omnis, si ab illo amari et observari vis, dederis operam uti codex suo nomine transcribatur et ut praesto absolvatur, littera currenti et charta papyrea, atque utinam Henici (5) nostri viri iocundissimi manu...

Vale, adolescens eloquentissime atque optime syngraphista. Item Aurispa meus valeat.

(1) Cod. Classense 349, f. 171.

(2) Cod. Classense 349, f. 166 *v*.

(3) La conoscenza di Alberto Costabili prova che il Panormita aveva già avviato le pratiche, secondato da Guarino, per ottenere un'occupazione presso la corte di Ferrara, pratiche che duravano tuttavia nel dicembre del 1427 (Barozzi-Sabbadini, *Studi sul Panormita e sul Valla*, pp. 27-28 e questo *Giorn.*, XXVIII, 344-345).

(4) nostis *cod.*

(5) herici *cod.*

Digitized by Google

Ex Bononia die martis ad vesperum quam cursim... Aurispae scripturus sum... [fine del 1426].

XXVII.

Antonius Panormita s. p. d. Iohanni Tuscanellae v. c. (1).

Pollicitus sum superiori epistola me tibi statim et ad septimum quemque diem (2) responsurum... Quod Balbo nostro minime subcensueris, egisti sane officiosissime... Coppolo quoque equiti ornatissimo venia meo iudicio indulgenda est... (3).

Venio nunc ad syngraphum tuum, quod quidem mihi prae risu lacrimas excussit: Plautum profecto ipsum, quem imitatus es, exuperasti..... Lucam Ortanum cras, ut iubes, conveniam (nam litterae tuae proxima (4) nocte quomque (5) de eis iam desperassem redditae sunt), a quo litteras exigam ad necessarium istum suum; interea scio codices applicuisse iam. Tibullus ac Musica heri mulioni cuidam (6) nomine Lottini obsignata sunt, a quo quidem et litterae tibi reddentur, quibus et de Virgilii epistola et Lepidi comoedia fies certior. Cetera nosti.

Ex Bononia die martis ad noctis prope dimidium quam festine [fine del 1426].

XXVIII.

[L'Aurispa al marchese Niccolò III d'Este] (7).

Cum iniqui cuiusdam medici causa Melioratum Tropheanum in primis

---

(1) Cod. Classense 349, f. 163 *v.*

(2) Cfr. la frase *expecta ad septiduum* della lettera precedente.

(3) Si allude alle lettere scritte dal Ballo e dal Coppola al Toscanella (lett. XXIII).

(4) p^{a} *cod.*

(5) quemque *cod.*

(6) condam *cod.*

(7) Cod. 22 del Calvario di Domodossola, f. 278. *Per Iohannem Aurispam a greco in latinum*; Artaxeres magnus Rex Paeto s. Morbus quem —; f. 281 *v. Explitiunt epistole hippocratis e greco in latinum translate per Iohannem Aurispam*. È un importante e grosso codice membr., sec. XV, mm. 267 × 192, di fogli 295, tutto di mano di Cabrino Cabrini, il quale dà di sè queste notizie: f. 1, Per me Cabrinum de Cabrinis de collegio iudicum Pergami dum habitarem Mediolani in porta horientali tempore dominationis Venetorum in Pergamo; f. 268 *v.* Scripsi etiam ego idem Cabrinus..... pro Iohanne Ambroxie nepote meo qui est nunc etatis annorum quatuor et mensium quatuor et dierum quinque et ego sum nunc annorum LV et mensium trium et dierum V; f. 290 *v.*

Digitized by Google

amicum mihi ac familiarem in magno moriendi periculo constitutum vidissem, Hippocratis viri optimi et inter antiquissimos medici praeclari epistolam ad Abderitarum consilium ex graeco in latinum transtuli. Ea in manus amici cuiusdam mei forte venit; cui cum maxime placeret, quod sententia ut arbitror potius quam orationis filum elegans sibi videretur, rogavit me vehementissime ut reliquas Hippocratis epistolas latinas facerem. Id ego non quietus quidem, sed inter curas mordaces feci; at eo libentius quoniam inter eas epistolas quaedam ad Philopoemenem est, qua Democritus ipsum Hippocratem docere videtur inscitias et falsas hominum sententias curasque inutiles ac vanas.

Tibi igitur, vir prudentissime, qui virtutis ac humanitatis non observantissimus solum sed fautor et protector es, eas epistolas primum legendas trado tuoque nomini inscribo. At cui potius quam tibi, qui id otium eam quietem mihi dedisti, ut iam alios et magnos quidem codices in latinum traducere sim ingressus; quos si ut spero perfecero, magna laus ac gloria tua erit et nomen profecto meum evadet clarius.

[Ferrara, 1430 circa] (1).

XXIX.

Antonius Panormita suo G. s. d. (2).

Si vales bene est, ego valeo. Olim ad te nihil scribo tuque id quereris, scio: sed qum usque huc nihil esset iocundi, nolui te participem facere angoris atque solicitudinis meae. Propterea res in hodiernum usque diem

---

Cabrinus de Cabrinis de Pergamo dei gratia et deo gratias amen. Et completus et scriptus in Mediolano die XXII ianuarii MCCCCXXXV. È uno zibaldone, come dice il titolo messogli dal raccoglitore: f. 1, Incipit liber compostinus hoc nomine sic appellatus eo quod de floribus pluribus et diversis, integris et particularibus per me infrascriptum Cabrinum de Cabrinis perquisitis et collectis ex diversis locis et libris. Sono estratti più che altro di opere morali. Di autori contemporanei il Cabrini, oltre alle epistole di Ippocrate tradotte dall'Aurispa, ha copiato la traduzione del *Dialogus Enee sophiste*, f. 225, gli esempi di esordi ed esercitazioni rettoriche, f. 249, di Petrus de Boateriis e le prediche, f. 145, di Alessio da Seregno, del quale ultimo anche un discorso con la sottoscrizione, f. 135: Explicit sermo R. in xpisto patris et d. d. Alexii de Seregno sacre pagine professoris et dei gratia episcopi placentini factus seu publicatus in Constantia tempore existentis ibi concilii generalis pro unione ecclesie de anno MCCCCXVIII. La traduzione delle lettere di Ippocrate è anche nel cod. Riccardiano 1204, f. 77; e di quella agli Abderiti in un cod. di Pisa (cfr. *Studi italiani di filologia classica*, VIII, 387).

(1) La data della dedica è anteriore all'anno 1435, nel quale fu finito di scrivere il codice; è posteriore ai disgusti provati a Firenze del 1426; sicchè non andiamo lontani dal vero collocando la versione nel 1430 circa, quando l'Aurispa trovò finalmente la sospirata quiete alla corte dell' Estense.

(2) Cod. Ambrosiano O 63 sup., f. 181.

Digitized by Google

reiecta est; in presencia quidem est quod adficiam te voluptate incredibili. Quid illud est? Non proloquor nisi coenam spondeas. Igitur ab hoc vere divino principe tandem creatus sum et familiaris et poeta suus, licet indignus. Salarium pro tempore non admodum tenue ab adlatore litterarum, idest suavissimo, idipsum accipies et reliqua quae ad hanc meam fortunam spectant. Tu pro tuo officio mihi gratulare atque hunc meum Caesarem colas et laudibus (1) in caelum evehas; postremo utere mea hac fortuna ut tua: quae mea sunt tua sunt.

Vale cum Iohanne Papiense nobili iureconsulto nec non Mercorino homine illo lepidissimo. Ego non litteras sed annales a te expecto, quarum summa omnis, laus et gloria sit huius mei gloriosissimi Caesaris.

Aurispa noster sacerdos plebanus effectus est apud Ferrariam. Pontanus (2) noster vir omnium infelicissimus poculo amatorio et adipatis ac pharmacis insanivit idque ab tabellario audies vivo sermone. Item vale.

Ex Papia [1430] quam cursim (3).

XXX.

Die veneris XVII septembris [1451] (4).

Convocato consilio comunis Padue in quo interfuit magnificus dominus potestas et consiliarii numero LXI per spectabiles dominos deputatos ad utilia posite fuerunt partes infrascripte, videlicet:

Dum illustris poeta dominus Antonius Panormita orator maiestatis regis Aragonum diebus elapsis esset in hac magnifica civitate Padue, petit de gratia singulari sibi per hoc magnificum consilium concedi debere quod Bartholomeus sartor quondam Michaelis, habitator Padue in contrata Vancii Prati Vallis, ponatur in officio militum comunis Padue.....

---

(1) laudabis *cod.*

(2) Francesco Pontano.

(3) L'anno della lettera è il 1430 sì per l'ufficio di poeta di corte concesso da Filippo Maria Visconti al Panormita e sì per il beneficio ecclesiastico ottenuto dall'Aurispa presso Ferrara.

(4) Museo civico di Padova, *Atti del Consiglio*, III, f. 23 (trasmessomi dal prof. V. Lazzarini). Nel 1451 il Panormita fece un viaggio a Venezia come ambasciatore del re Alfonso di Napoli e in quell'occasione toccò Padova. La deliberazione del Consiglio fu presa all'unanimità e dimostra quanto fosse rispettato il nostro umanista. Il suo raccomandato Bartolomeo entrò in carica il 28 febbraio 1453.

Digitized by Google

INDICE DEL SUPPLEMENTO N° 6

GIUSEPPE BOFFITO. — *Il « De principiis astrologiae » di Cecco d'Ascoli nuovamente scoperto ed illustrato* . . . . . Pag. 1

REMIGIO SABBADINI. — *Un biennio umanistico (1425-1426) illustrato con nuovi documenti* . . . . » 74

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

Digitized by Google

SUPPLEMENTO N° 6.

GIORNALE STORICO

DELLA

LETTERATURA ITALIANA

DIRETTO E REDATTO

DA

FRANCESCO NOVATI e RODOLFO RENIER

TORINO
Casa Editrice
ERMANNO LOESCHER
1903

Depositi:

ROMA
G. B. PARAVIA E COMP.
Piazza SS. Apostoli, 56 - 65
e Via Nazionale, 15-16

FIRENZE
BERNARDO SEEBER
Succ. Loescher e Seeber
Via Tornabuoni, 20

NAPOLI
Libreria Scolastica
di F. BICCHIERAI
Strada Quercia, 26

PALERMO
Libreria internazionale
ALBERTO REBER
Via Vittorio Em., 356-360

LIPSIA
F. A. BROCKHAUS
Sortiment
Querstrasse, 16.

Digitized by Google

Il presente SUPPLEMENTO N° 6 contiene:

GIUSEPPE BOFFITO — *Il « De principiis astrologiae » di Cecco d'Ascoli nuovamente scoperto e illustrato* (20. VI. 1902).

REMIGIO SABBADINI — *Un biennio umanistico (1425-1426) illustrato con nuovi documenti* (17. XI. 1901).

Pubblicazioni della stessa Casa Editrice.

GIORNALE STORICO
DELLA LETTERATURA ITALIANA

diretto e redatto da

F. NOVATI E R. RENIER

Si pubblica dal 1883 in fascicoli ***bimestrali*** di circa 10 fogli di stampa ciascuno, in modo da formare ogni anno due bei volumi.

Condizioni d'Associazione: per l'Italia, un semestre L. **16** — un anno L. **30.**
» » per l'Estero, » » **18** » » **33.**

Per chi acquista in una volta le annate I a XX pubblicate a tutto il 1902 (volumi I-XL), compresi gli Indici delle annate I-XII ed i Supplementi N[i] I a V il prezzo è ridotto da L. **604,50** a . . L. **400.**

Volumi separati L. **15.** - Fascicoli separati, se disponibili, L. **6.**

Supplemento N° 1, 1898, pp. 157, L. **5.** — N° 2, 1899, pp. 130, L. **4,50.**
— N° 3, 1900, pp. 158, L. **5.** — N° 4, 1901, pp. IV-180, L. **5.**
— N° 5, 1902, pp. 192, L. 5. — N° 6, 1903, pp. 120, L. **4,50.**

Indici del Giornale storico della letteratura italiana

Volumi I a XXIV (1883-1894)

In-8° di pp. VII-186. — L. **10.**

TORINO — CASA EDITRICE ERMANNO LOESCHER — **TORINO**

Digitized by Google

Avviso agli Associati

DEL

GIORNALE STORICO DELLA LETTERATURA ITALIANA

Per evitare l'inconveniente di ritardar troppo la pubblicazione delle memorie già accolte, e non alterare, nel tempo stesso, la fisionomia del *Giornale storico*, in cui va data la parte dovuta alla bibliografia, agli spogli dei periodici ed al notiziario (tutte rubriche che sappiamo tornare accettissime agli assidui nostri lettori) siam venuti nel divisamento d'iniziare una serie di **Supplementi** alla nostra rivista. I primi cinque, accolti con plauso dagli studiosi, uscirono in luce negli anni 1898-1902; ora, nel 1903, si pubblica il sesto. Questi **Supplementi** compaiono a intervalli liberi, ogni qualvolta la Direzione lo stimi utile o necessario. Sono fascicoli staccati, recanti un numero d'ordine progressivo, sotto il quale possono essere comodamente citati. Contengono solamente articoli e varietà; non mai recensioni, nè cronaca. La serie dei nostri **Supplementi** potrà costituire, con l'andar degli anni, una pregevole collana di monografie erudite intorno alla storia della letteratura italiana.

LA DIREZIONE.

Giusta le condizioni fissate con la Direzione del **Giornale storico**, *avvertiamo che non potrà essere pubblicato più di un fascicolo di* ***Supplemento*** *all'anno. Niun fascicolo oltrepasserà mai 10 fogli di stampa. Quindi il prezzo massimo dei* ***Supplementi*** *è fissato in* **L. 5.** *Gli abbonati non sono tenuti ad acquistare i* ***Supplementi***; *ma qualora non intendano ritenerli sono pregati di respingerli alla Casa editrice o al Libraio che loro fornisce il* **Giornale.** *Il prezzo dei* ***Supplementi*** *sarà corrisposto posticipatamente.*

L'Amministrazione.

Digitized by Google